

fo an optimo Deo de bonis magis, an quod omni obuia rationi de malis sit cura maior. Nihil ergo dementius, immo nihil infidelius, quam timere se desicere in necessariis, quatum sibi proficiunt ad salutem, dum lœruit ei, qui solus omnibus prouidet. Abundare verò dum illius præcepta negligit, dum contrariè illi uiuit.

IN SEPTUAGESIMA

Sermo I. in ordi-

ne. X I X.

SIMILE est regnum cœlorum homini patrifamilias &c. Mat. 20.

Hætenus dominici aduentus festa cum gaudio sancta mater ecclesie peregrit, que in hesternis vesperorum officijs terminauit. Nunc uerò incipit gemere, atq; lapsum filiorum suorum grauissimum deplorare. Qui in primis parentibus exorsus in propagine profundius peccatorum multitudine est absorptus. Vnde lætitiæ cantica deposuit, & lamento apertè assumpsit. Quis enim cœsiderans humanam naturam in principio tanta nobilitate, & utriusque hominis pulchritudine creatam, & ideo meritò omni corporali creaturæ prælatam, Nunc autem culpe suæ demerito sub omnium creaturarum dignitate detrusam, non plangeret, & lugeret? Attendite corpus perfectum secundum quantitatē ætatis uirilīs, ut dicit Aug. super Gen. Complexione sanum, infirmitatis ignatum, mortis nescium. Potuit enim non mori, à morte namq; præseruauit fuisse temperatissima amenitate loci, paradisi Optima qualitate cibi uigorosissima uirtute uitalis ligni, quo ut dicit Beda & Strabus, & allegat Magister dist. 17. secundi corpus stabili sanitate, & perpetua soliditate firmaretur, ne uilla infirmitate uel gratus imbecillitate in deterius, uel in occasum laberetur, non tamen fuit simpliciter immortale. Vnde dicit Aug. super Gen. & allegat Magister dist. 19. secundi. quod erat mortale, & immortale,

quia poterat mori, & non mori. Possè mori habuit ex natura, possè non mori habuit ex dono gratiæ. lex ligno uitæ. Factus est homo immortalis, ut possèt non mori, si non peccaret, moreretur autem, si peccaret. Vnde dicunt aliqui, quod nisi uisus fuisset ligno uitæ, moreretur, quia non uitendo peccaret, cum præceptū habuerit de comedendo. Sic ergo immortalis fuit creatus, ut suā immortalitatē per mandatorum obseruantiam cultodiret. In quibus mandatis hoc continebatur, ut de illis lignis concessis inducatur, & ab interdicto abstineret, per horum edulium immortalitatis dona cōseruaret, donec corporalibus incrementis perductus ad ætatē, quæ conditori placeret, multiplicata progenie, ipso iubente sumeret, de ligno uitæ quo perfectè immortalis factus, cibi alimenta ulterius non requireret. Attendite nihilominus, & animā à Deo creatā innocētē, rectam, Dei sui non ignarā, sapientem intellectu, mundam affectu, angelorum sociam, diuina allocutione consuetā, conscientia quietā supernarū deliciarū expertē, donis gratiæ, & uirtutum multipliciter perornatā. Perfectus certè fuit secundū uim cognitionū, sensitiuā, & intellectuā. Dedit namq; sensui organa tēperatissima, obiecta conuenientissima, ideo sequebatur per sensum clarissima cognitio. Infudit deniq; animæ triplicē intellectuā cognitionē, ut dicit Magister di. 23. secundi. scilicet rerū factarū, uide & eis nomina dedit. Quæ n. p. pillum creata erant, & ab illo regenda, & disponenda, horū omniū Deus illi scientiā, prouidentia atq; curā tribuit. Cognitionem etiam sui creatoris non solum enigmaticam, quæ nunc à credentibus solo auditu percipitur, sed interiori speculatione Dei præsentiam contemplabatur. Non tamen ita excellenter sicut in patria, nec ita imperfectè, sicut nunc in uia. Porrò sui cognitionem habuit, qua suam conditionem, & ordinem qualis factus sit, quid agere, quid omittere, intelligeret, quid deberet superiori-

Perfectio
primi ho
minis.

De conditione
humana
& in quā
ta mala
incidit
pp peccatum.